



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De pr[a]eceptis fortitudinis. Quæstio 140.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

ar. prac. ad 3.

dono, scilicet dono fortitudinis. Est tamen ibi aliqua
conuenientia: quia sicut dictum est *, fortitudo in
arduis consistit. Est autem valde arduum, quod ali-
quis non solum opera virtuosa faciat, quæ communi-
ter dicuntur opera iustitiæ, sed quod faciat ea cum
insatiabili quodam desiderio: quod potest significari
per famem & sitim iustitiæ.

† ho. 6. ex
varijs lo.
in Matt.
t. 2.
l. 5. eth. c.
1. & 2.
9. 23. a. 8
ad 3. et 1
2. 9. 68.
a. 4. ad 3

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Chryso-
stomus dicit super Matth. † Iustitia hic potest accipi non so-
lum particularis, sed etiam vniuersalis, quæ se habet
ad omnium virtutum opera: vt dicitur in 5. Ethic. * in
quibus arduum intendit fortitudo, quæ est donum.

Ad secundum dicendum, quod charitas est radix
omnium donorum & virtutum, vt supra dictum est †.
Et ideo quicquid pertinet ad fortitudinem, potest
etiam ad charitatem pertinere.

Ad tertium dicendum, quod inter fructus ponuntur
duo, quæ sufficienter correspondent dono fortitudi-
nis; scilicet patientia, quæ respicit sustinentiam mala-
rum; & longanimitas, quæ respicere potest diuturnam
expectationem & operationem bonorum.

QVÆST. CXL.

De præceptis fortitudinis, in duos articulos diuisa.

Deinde considerandum est de præceptis fortitu-
dinis.

- ¶ Et primo de præceptis ipsius fortitudinis.
- ¶ Secundo, de præceptis partium eius.

ARTIC. I.

681

*Vtrum conuenienter in lege diuina, præcepta forti-
tudinis tradantur?*

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod non
conuenienter in lege diuina, præcepta fortitudi-
nis tradantur. Lex enim noua perfectior est veteri lege.
Sed in veteri lege ponuntur aliqua præcepta fortitudi-
dinis, vt patet Deuter. 20. Ergo & in noua lege aliqua
præcepta fortitudinis danda fuerunt.

¶ 2. Præterea, Præcepta affirmatiua videntur esse
potiora præceptis negatiuis: quia affirmatiua inclu-
dunt

dunt negatiua, sed nō e conuerso. Inconueniēter ergo in lege diuina ponuntur præcepta fortitudinis solum negatiua, timorem prohibentia.

¶ 3 Præterea, Fortitudo est vna de virtutibus principalibus, vt supra habitū est *. Sed præcepta ordinantur ad virtutes, sicut ad fines: vnde debent eis proportionari. Ergo & præcepta fortitudinis debuerunt poni inter præcepta decalogi, quæ sunt principalia legis præcepta.

q. 123. a.
11. et 1. 2.
q. 61. a. 2

SED contrarium apparet ex traditione sacre Scripturæ.

RESPONDEO dicendum, qd præcepta legis ordinantur ad intentionē legislatoris. Vnde secundū diuersos fines, quos intendit legislator, oportet diuersimodè præcepta legis institui. Vnde & in rebus humanis alia sunt præcepta democratica, alia regia, alia tyrannica. Finis autē legis diuinæ est, vt homo inhæreat Deo. Et ideo præcepta legis diuinæ tam de fortitudine, quam de alijs virtutibus dantur, secundū quod conuenit ordinationi mētis in Deum. Et propter hoc Deut. 20. dicit, Non formidetis eos, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit. Leges autem humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, secundum quorum conditionem præcepta fortitudinis in humanis legibus inueniuntur.

Ad primum ergo dicendum, qd vetus testamentū habebat tēporalia promissa, nouū autē spiritualia & æterna, vt Aug. dicit cōtra Faust. * Et ideo necessariū fuit, vt in veteri lege populus instrueretur qualiter pugnare deberet, etiā corporaliter, pro terrena possessione acquirenda. In nouo autem testamento instruendi fuerunt homines, qualiter spiritualiter cōtrādo ad possessionē vitæ æternæ peruenirent: secundū illud Matt. 11. Regnum cōlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Vnde & Petrus præcipit, 1. Pet. vlt. Aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Et Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Quia tamen homines ad spiri-

l. 4. c. 2. 3
pri. 10. 6.
& etiam
innuitur
in l. con.
Adimā.
tum in fi.
c. 3. 10. 6.

tualia bona tendentes, ab eis retrahi possent per corporalia pericula, fuerunt etiam in lege diuina danda fortitudinis præcepta ad sustinenda forçiter temporalia mala: secundum illud Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus.

Ad secundum dicendum, quòd lex in suis præceptis habet communem instructionem. Ea verò quæ sunt agenda in periculis, non possunt ad aliquod commune reduci, sicut ea quæ sunt vitanda. Et ideo præcepta fortitudinis magis dantur negatiuè, quàm affirmatiuè.

q. 127. a. 1. Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est *, præcepta decalogi ponuntur in lege, sicut prima principia, quæ statim debent esse omnibus nota. Et ideo præcepta decalogi debuerunt esse principaliter de actibus iustitiæ, in quibus manifestè videtur esse ratio debiti. Non autem de actibus fortitudinis: quia non ita manifestè videtur esse debitum, quòd aliqui pericula mortis non reformidet.

ARTIC. II.

Utrum conuenienter tradantur præcepta in lege diuina de partibus fortitudinis?

682

AD secundum sic proceditur. Videtur, quòd in conuenienter tradantur præcepta in lege diuina de partibus fortitudinis. Sicut enim patientia, & perseverantia sunt partes fortitudinis, ita etiam magnificencia, & magnanimitas, siue fiducia: vt ex super dictis patet *. Sed de patientia inueniuntur aliqua præcepta tradita in lege diuina; similiter etiam de perseverantia. Ergo pari ratione de magnificencia, & magnanimitate aliqua præcepta tradi debuerunt.

* q. 128. ho. 35. in eu. nõ remose ante med.

¶ 2 Præterea, Patientia est virtus maxime necessaria, cum sit custos aliarum virtutum, vt Gregorius dicit †. Sed de alijs virtutibus dantur absolutè præcepta, quæ intelligantur solum secundum præparationem animi, vt Augustinus dicit in lib. de Sermo. Domini in monte.

l. 1. de ser. do. in mō se c. 34. 35. & 36. 30 4.

¶ 3 Præ-

¶ 3 Præterea, Patientia & perseverantia sunt partes fortitudinis, ut dictum* est. Sed de fortitudine non dantur præcepta affirmatiua, sed solum negatiua, ut supra habitum est †. Ergo etiam neque de patientia, & perseverantia fuerunt danda præcepta affirmatiua, sed solum negatiua.

* q. 128.
et 136. 4.
4. c. 137.
ar 2.
† a. præc.
ad 2.

SED contrarium habetur ex traditione sacrae Scripturae.

RESPONDEO dicendum, quod lex diuina perfecte informat hominem de his, quæ sunt necessaria ad rectè viuendum. Indiget autem homo ad rectè viuendum non solum virtutibus principalibus, sed etiã virtutibus secundarijs & adiunctis. Et ideo in lege diuina sicut dantur conuenientia præcepta de actibus virtutum principalium: ita etiam dantur conuenientia præcepta de actibus secundarum virtutum & adiunctarum.

Ad primum ergo dicendum, quod magnificencia & magnanimitas non pertinent ad genus fortitudinis, nisi secundum quandã magnitudinis excellentiã, quam circa propriam materiam considerant. Ea autem quæ pertinent ad excellentiam, magis cadunt sub consilij perfectionis, quam sub præceptis necessitatis. Et ideo de magnificencia, & de magnanimitate non fuerunt danda præcepta, sed magis consilia. Afflictiones autem & labores presentis vitæ pertinent ad patientiam & perseverantiam, non ratione alicuius magnitudinis in eis considerata, sed ratione ipsius generis. Et ideo de patientia & perseverantia fuerunt danda præcepta.

Ad secundum dicendum, quod sicut supra dictum est, præcepta affirmatiua, etsi semper obligent; non tamen obligant ad semper: sed pro loco & tempore. Et ideo sicut præcepta affirmatiua, quæ dantur de alijs virtutibus, sunt accipienda secundum præparationem animi, ut scilicet homo sit paratus ea adimplere cum opus fuerit: ita etiam & præcepta patientiæ.

q. 3. ar. 2.

Ad tertium dicendum, quod fortitudo, secundum quod distinguitur à patientia, & perseverantia, est circa

circa maxima pericula, in quibus est cautius agendum. Nec oportet aliquid determinari in particulari quid sit faciendum. Sed patientia & perseverantia sunt circa minores afflictiones & labores. Et ideo magis sine periculo potest in eis determinari quid sit agendum, maxime in vniuersali.

QVÆST. CXLI.

De temperantia, in octo articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de temperantia. Et primo quidem de ipsa temperantia. Secundo, de partibus eius. Tertio, de præceptis ipsius.

¶ Circa temperantiam autem primo considerare oportet de ipsa temperantia. Secundo, de vitijis oppositis.

¶ Circa primum queruntur octo.

¶ Primo, vtrum temperantia sit virtus?

¶ Secundo, verum sit virtus specialis?

¶ Tertio, vtrum sit solum circa concupiscentias & delectationes?

¶ Quarto, vtrum sit solum circa delectationes tactus?

¶ Quinto, vtrum sit circa delectationes gustus, in quantum est gustus, vel solum in quantum est actus quidam?

¶ Sexto, quæ sit regula temperantiæ.

¶ Septimo, vtrum sit virtus cardinalis, seu principalis?

¶ Octauo, vtrum sit potissima virtutum?

ARTIC. I.

Vtrum temperantia sit virtus?

AD primum sic proceditur. Videtur, quod temperantia non sit virtus. Nulla enim virtus repugnat inclinationi naturæ: eo quod in nobis est naturalis aptitudo ad virtutem, vt dicitur in 2. Ethicor. * Sed temperantia retrahit à delectationibus, ad quas natura inclinatur, vt dicitur in secundo Ethic. † Ergo temperantia non est virtus.

¶ 2 Præterea, Virtutes sunt connexæ adinuicem,

vt

683
inf. q. 186
ar. 1. cor.
et vir. q.
1. ar. 12.
al. 23. c.
3. Ethic.
le. 19.
¶ in prin.
20. 5.
¶ c. 3. et 8

vt f
tiaz
nius
Ergo
don
non
sup
ta. r
S
est v
R
est,
boni
esse,
virtu
dum
perat
mod
temp
Ad
in id
tural
Quia
confe
uenie
retral
tra ra
traria
cum
stialis
Ad
cunde
est fir
ided i
diti
rantu
tione